



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. De libertate ingrediendi religionem, & egrediendi, quam habent novitij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Injustè ejectus per Superiorem, ad quem appellaverat, fuit restitutus; aut si sanz mentis ad probationem admissus, currente tamen postmodum anno novitiatus, in furorem, vel amentiam incidit, ita ut, si hæc ultra dies octo, vel decem non duret, nihil interruptatur novitiatus, neque tempus illud post exactum annum supplendum sit (cùm modicum tale pro nihilo reputetur) suppleri tamen debeat tempus furoris, aut insanie, si diutius per duos v.g. menses duret, cùm in tali casu non quidem omninò cesset novitiatus, sicuti cessat mutata voluntate, dormiat tamen quasi, & suspendatur, ita ut suppleri debeat.

§. IV.

An, & quâ ratione impuberes ingredi possint religionem, & in illam recipi, vel à parentibus offerri?

POssunt tam pueri, quàm puellæ religionem ingredi, & habitum regularum assumere, etiam ante annos pubertatis expletos; & infantes etiam, cum consensu tamen parentum (ut à mundi vanitate abstracti, regulari vitæ assuescant) non tamen verè & propriè novitiatum agere, aut in anno probationis censebuntur, ante annos pubertatis expletos, cùm ante hos annos, discretionem sufficientem habere non censeantur ad religionis experientiam, ac austeritates, præsertim circa votum castitatis.

Quin imò parentes possunt liberos suos impuberes offerre religioni, non tantùm, ut sub regulari disciplina vivant, ac educantur, sed ut suo tempore probationis annum inchoare, ac in religio-

ne tali profiteri, si placeat, possint. Ejectus autem hujus oblationis, aut ingressus impuberis est, quòd parente, si vel in talem filii, aut filie impuberis ingressum, expressè vel tacitè, iuxta numerum non revocando, consenserunt, postea voluntatem suam non possunt revocare, sicuti revocare possunt eos, in quorum ingressum non consenserunt. Si quis 2. h. t. neque possunt taliter oblato, aut ingressi, ante pubertatis annos ad sæculum redire: prout dicitur in can. 2. caus. 20. q. 2. Vide præter hæc rari usûs materia apud Auz. Mea loco citato.

§. V.

De libertate ingrediendi religionem, & egrediendi, quam habent novitii.

QUòd possint liberi, inchoatam etiam, & invitis parentibus, religionem absolurè ingredi, certissimè patet. Cùm virum 12. h. t. de ratiocapitalis probat, quæ cuilibet, sicuti ad matrimonium carnale liberum arbitrium relinquit, ita etiam ad matrimonium spirituale religionis professionis; quæ hæc ipsa ratio naturalis satis docet, honestum, decens, & rationabiliter conveniens esse, ad hoc tam arduum mutandi statûs negotium, parentes etiam de hoc edocuisse saltem, si coacti eorum haberi non possint.

Egredi autem intra annum probationis ex novitiatu, & ad sæculum redire, liberè possunt novitij, ita ut à religione egrediendi facultatem petere teneantur, nec ad ullas expensas solvendas obligentur.

ur, quas in illis alendis fecit monasterium, prout etiam habetur in *c. Status* 23. *h. s. Et in c. 2. eodem in 6.* nisi voti religione ad permanendum etiam, & profitendam se obligavisset novitius, (quod illa fortassis jura antiqua volunt, quæ non concedunt liberam ad sæculum redeundi licentiam illis novitiis, qui omnino firmiter, & serid mutare vitam stauerunt, dum novitiatum ingressi sunt, sed volunt hos ad aliam religionem transire debere. si in ea, quam modò probant, permanere nolint) vel per pactum se obligassent, in ipso ingressu, ad solvendas expensas religioni, in sui sustentationem, tempore probationis factas, quale pactum, non obstante Trident. hodie etiam fieri potest.

§. VI.

De obligationibus, juribus, & privilegiis novitiorum.

Novitii, quamvis deceat eos religio- se disciplinæ subesse, dum in religione permanent, absolute tamen per se, & directè sub culpa non obligantur ad regularum, & præceptorum superioris observationes, ut sic enim libertati eorum consulitur, quæ per professionem primùm ad hanc regulam ligatur, & simul etiam confusioni, ac perturbationi regularis disciplinæ, & novitiorum experientiz: ob quam causam etiam Superiores regulares illis leges ferre possunt, statui ordinum convenientes, ad quas, saltem sub pœna, obligentur, dum in religione permanent, ita ut, sicuti Clerici sæculares suorum Episcoporum jurisdictioni in foro externo subsunt, subsint etiam suorum Prælatorum regularium

jurisdictioni spirituali in ordine ad punitionem, & censuras novitii, non quidem vi voti, quo nondum obligantur, sed vi jurisdictionis Ecclesiasticæ.

Jus autem, quod habent novitii ad beneficia vel in beneficiis priùs obtentis, non vacat per ingressum in novitiatum, ita ut alteri beneficia talia conferri possint, sed retineri possunt, usque ad professionem, quamvis novitiatum etiam ultra annum prolongaretur, ex justa causa, aut ordinis statuto, &c. prout statuit Bonifacius VIII. in *c. Beneficium 4. h. s. in 6.* ut ne scilicet libertas egrediendi ex novitiatu tali novitio adimatur, si post egressum talem ad beneficium suum, alteri jam valdè collatum, redire non posset; & sic vel in religione manere cogeret, vel non haberet congruam suam sustentationem, amisso jam beneficio, si egrederetur; nisi intra tempus novitiatùs renuntiatio talium beneficiorum, juxta formam à Trid. præscriptam, de qua paulò post, facta fuisset. Deberet tamen ex fructibus beneficii talis pro Vicario, qui beneficio inservit, congrua portio per Episcopum, seu ordinarium, assignari, aliis fructibus novitio reservatis, ut vel illi egresso iterum restituantur, vel monasterio successione capaci cedant, si in eo proficere talis novitius.

Ad privilegia denique quod attinet, certum est, quod gaudeant novitii non tantùm fori, & canonis privilegio, tanquam personæ Ecclesiasticæ, sed quod uti etiam possint aliis ordinum illorum, quorum novitii sunt, privilegiis, nisi peculiare aliquas exceptiones habeant peculiaria ordinis statuta, aut consuetudo;

quam-